# Band X., Nr. 4636, Seite 321-322

*Die Brüder Ludwig und Ulrich von der Mühle genannt von Rieth* (dicti de Molendino nominati de Rieht) *beurkunden die Beilegung ihres Streits mit Kloster Hirsau wegen der Vogtei über Güter in (Neckar-)Tenzlingen, die ihnen das Kloster nunmehr abgekauft hat* (quod omnis lis et controversia, que inter nos – – ex una et venerabilem dominum nostrum Gothfridum abbatem et conventum monasterii Hyrsowengis – – ex parte altera vertebatur super quibusdam bonis seu possessionibus in villa Tunzelingen sitis, scilicet molendino in ipsa villa situato[a] et bonis quibusdam aliis vulgariter nominatis des Ruhen mans et bonis dictis Swichgers et Hugelins dicto monasterio iure proprietatis pertinentibus, in quibus bonis nobis ius advocatie pertinebat et pertinere dinoscebatur, super quibus etiam principaliter contentio fuerat suborta, consilio providorum et peritorum concorditer et amicabiliter est decisa et integraliter complanata, nostra bona voluntate prehabita nostrorumque heredum omnium adhibita voluntate pleniori, taliter videlicet, quod venerabilis dominus G. abbas et conventus monasterii Hyrsowengis omne ius et omnem iurisdictionem, quod vel que nobis in prescriptis bonis monasterii Hyrsowengis competiit competebat seu competere videbatur seu in aliis bonis et possessionibus in predicta villa positis cum tribus personis Wernher*um* dict*um* Ruhen et filia*m* dicti Hagen, muliere*m* una*m* scilicet uxore*m* legittima*m* Wernheri Swichgeri et omnibus aliis plane rebus et bonis curtilibus domibus nemoribus pratis pascuis novalibus piscinis campis cultis et incultis vel adhuc excolendis inventis et non inventis quesitis et inquisitis, quocumque nomine censeantur, prelibato monasterio pertinentibus cum appendiciis omnibus predictorum bonorum a nobis pro decem et octo libris Hallensis monete numerate pecunie – – emerunt nosque vero titulo venditionis ipsis vendentes et tradentes et libere ad manus et proprietatem monasterii sepefati coram subditis prenotate ville ante faciem ecclesie eiusdem ibidem propria manu nostra resignantes – – – confirmantes etiam et probantes prenominatam venditionem a nobis factam sicut premissum est testium subscriptorum intitulatione, scilicet Cůnrado nobili viro de Bernhusen, Hainrico de Æthertingen, Ulrico dicto Munth, Johanne de Hoho̊nhain, Cůnrado de Eschesteten et Hainrico fratre suo et Gerone rectore ecclesie ville prefate et Hainrico fratre eiusdem et Cůnrado dicto Kampraht, Wernhero dicto Necherman et Hainrico villico, Cůnrado piscatore, Eberhardo piscatore, Rudgero hospite et Bertholdo molendinatore).<br> <br> *Siegler: Dekan Heinrich von Bempflingen* (Bo̊nphelingen), *der edle Mann Konrad von Bernhausen und die Stadt*

[a]Vorlage: *situato villa.* Die Umstellung wird gefordert durch je zwei Striche (“) vor den beiden Worten.

*Reutlingen* (Ruthelingen).<br> <br> Datum et actum in monasterio Hyrsowengi, anno domini MCC nonagesimo quinto, proxima feria quinta ante diem palmarum.

# Hirsau, 1295. März 23.[1]

—

Dem Textauszug liegt das Original zugrunde.<br> <br> Von den Siegeln hängt nur noch das dritte an der Urkunde. Es ist spitzoval und ebenfalls beschädigt, ca. 50, 34 mm: Auf einer Konsole ein stehender Heiliger, ein schräges Kreuz vor sich haltend (der Apostel Andreas); von der Umschrift noch zu lesen: . . . OENPHELINGEN.

[1] Die Urkunde war im WUB zunächst auf 1295 März 24 datiert.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 491 U 605

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**
Pergament

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Hirsau

**Ortsindex:**
Altenriet Wohnplatz (298)<br> Altenriet, ES<br> Bempflingen Wohnplatz (304)<br> Bempflingen, ES<br> Bernhausen Wohnplatz (481)<br> Bernhausen, Filderstadt, ES<br> Echterdingen Wohnplatz (512)<br> Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES<br> Ehestetten Wohnplatz (15866)<br> Ehestetten, Hayingen, RT<br> Hirsau Wohnplatz (6984)<br> Hirsau, Calw, CW<br> Hohenheim Wohnplatz (29)<br> Hohenheim, Stuttgart, S<br> Neckartenzlingen Wohnplatz (401)<br> Neckartenzlingen, ES<br> Reutlingen Wohnplatz (15981)<br> Reutlingen, RT